

1.4.24

*Idem A. Demostheni pp.*

Nemini licere volumus,  
sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus  
procreatus sive a libertina progenie sive servili condicione  
maculatus expositus sit, eum puerum in  
suum dominium vindicare sive nomine dominii sive  
adscripticiae sive colonariae condicionis: sed neque  
his, qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedi  
penitus (cum quadam distinctione) eos tollere:  
sed nullo discrimine habito ii, qui ab huiusmodi hominibus  
educati vel nutriti vel aucti sunt, liberi et  
ingenui appareant et sibi adquirant et in posteritatem  
suam vel extraneos heredes omnia quae habuerint,  
quo modo voluerint, transmittant. haec observantibus  
non solum praesidibus provinciarum, sed  
etiam viris religiosissimis episcopis.

*D. XV k. Oct. Chalcedone Decio vc. cons.*

[a. 529]

1.4.

25 Οἱ ἀδτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραι-  
τωρίων. Ὅσα περὶ τῶν καλονυμένων κύβων ἦτοι  
κόττων καὶ τῆς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτη-  
ται, ταῦτα ἀδειαν δίδομεν καὶ τοῖς Θεοφιλεστάτοις  
ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾶν καὶ γινόμενα παύειν καὶ  
τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων  
τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἑιδίκων  
τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνῃ ἐπανάγειν. *D. x k. Oct.*  
*Constantinopoli Decio cons.* [a. 529]

id est:

*Idem A. Demostheni pp.*

Etiam religiosissimis episcopis licentiam damus in ea, quae de  
tesseris quae vocantur vel cottis et de eorum prohibitione constituimus,  
inquirendi et si fiant reprimendi ac delinquentes per clarissimos  
provinciarum praesides et patres defensoresque civitatum  
ad sanitatem compellendi.